



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

29. An quis satisfaciat præcepto, si simul audiat Missam à duobus
Sacerdotis, ab uno ab initio vsque ad consecrationem, & ab alio à
consecratione vsque ad finem? Et an quis possit preuissimo temporis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Tract. III. De Præcepto Ecclesiastico

238

Pra in Ref. in contrarium, ostendit, aliam fuisse mentem Ecclesiæ præcipientis Missæ auditionem. Id quod indicare videntur verba c. *Missæ speciali ordine*; inter partes vero, quæ simul sunt, non seruat ordo.

26. §. 2. in Principio. 3. Sed hæc ratio Reginaldi mihi non placet, nam illud verbum *speciali ordine*, non videtur constitendum cum verbo *audire*, sed cum verbo *principimus*, ita ut sensus sit, speciali ordinatione, seu lege præcipimus Missas audire. Sed audiamus Nugnum t. 1. in 3. part. quæst. 83. art. 6. ad 3. melius in hac re philosophant, assertenim, Actio audiendi Missam cum sit successiva, habens vetas partes, impossibile est, quod si simul, atque adeò quando aliquis audit simul duas Missas secundum differentes partes, non possunt illæ duas partes reputari, tanquam partes eiusdem Missæ, etiam moraliter loquendo, ut reputantur, quando audiuntur in diuersis temporibus, sed ambæ simul sumptæ reputantur tanquam unica pars tantum; & idcirco nullo modo potest dici, quod ille audiat integrum Missam; quemadmodum si aliquis homo haberet intellectum angelicum, ita ut posset attendere ad primum versum horæ canonice recitando illum, & ad secundum, qui recitaretur ab alio loco, & hoc modo recitarer totam horam canoniam, res certissima est quod non adimpleret præceptum, licet adimpleret recitando unum verbum, & audiendo alterum recto ordine. Hæc Nugnus, quem sequitur Coninch. de *Sacramentis* in 3. part. quæst. 73. art. 6. dub. 2. n. 288. Suarez, & alij.

4. Sed non pauci contrariam tenent sententiam, quam probabilem vocat ex nostris Molfs. in sum. tom. 1. vr. 3. cap. 17. n. 36. in fine, nec destituta videatur ratione; nam Ecclesia non præcipit, ut Missa audiatur ab uno Sacerdote, sed simpliciter præcipit Missam audire: duæ autem medietates Missæ constiuent unam Missam, & quanvis Missa debet audiari secundum suum ordinem, tamen hoc non est de necessitate præcepti, sicut alibi diximus de illo, qui horas canonicas recitat non seruato ordine, quem non peccare mortaliter probauimus. Et ideo Io. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 3. quæst. 5 dicit, quod si vera est illa opinio communiter recepta, & etiam ab ipso, tempe posse aliquem satisfacere præcepto Missæ, si in diuersis temporibus audiat partem Missæ ab uno Sacerdote, & partem ab altero, erit etiam vera altera opinio, quæ concedit posse hoc fieri in eodem tempore. Nam quod pertinet, sit Azorius, ad attentionem, potest ad vitrumque animum intendere. Adducunt aliqui pro hac firmando opinione, id quod notat Io. Maior in 4. disf. 12. quæst. 8. dub. 1. Ledesma in sum. tom. 1. de *Sacram. Eucharist.* cap. 27. & Sanchez in *Decal.* lib. 1. cap. 14. n. 12. cum Scortia de *sacrificio Missæ* lib. 2. cap. 20. n. 10. nempe, qui duplēc Missam audire tenetur, posse eas simul audire, dum ex in duplice altari simul celebrantur. Hæc apud autores circa præsentem questionem inueni. Non reticem tamen Reuerendissimum D. Franciscum de la Riba, Vicarium Generalem in hoc Archiepiscop. seq. §. Hanc ad medium, ver. Panormitanum, virum prudentia, morum probitate, ac doctrina celeberrimum, de hac questione à me consultum, affirmatiuè respondisse.

RESOL. XXIX.

An quis satisfaciat præcepto, si simul audiat Missam à duobus Sacerdotibus, ab uno ab initio usque ad consecrationem, & ab alio à consecratione usque ad finem?

Et an quis possit breuissimo temporis interstitio, & intra duominum Missam audire, si in quatuor vel decem v. g. Altaribus varia Missæ proportionata anterio-

ritate, sic celebrentur? Et an quis possit eadē tempore tres Missas, quæ a trinitate in iuncta à confessario audiendas tres Missas obligatur audire tres Missas? Ex patr. 10. II. 15. & Milt. 5. Ref. 5.

§. 1. **N**egatiue respondet Eminentiss. Cardinalis Lugo de *Sacram.* Euchar. disf. 22. sol. 1. cap. 10. vbi sic ait, Confirmatur tertio, quia si ille modus sufficit ad satisfaciendum præcepto, sufficiet etiam, si eodem tempore quis audiat prædictam Missam ab uno, & posteriore ab alio Alio etiam, suppono enim posse aliquem simul audiire duas, & tres Missas, poterit ergo simul audire duas, & tres Missas, quæ cōstituant integrum Missam. Consequens autem Suarez reputauit valde absurdum, & quod non possum concederet. Sed iam aliqui illud concesserant. Bonacina loco citato, cuius sententiam laudat Hurtado illa disf. 4. & probable dicit, Molfs. in sum. tom. 1. vr. 3. cap. 17. n. 36. in fine, Contrarium docent alij communiter, & meritò, quia si potest à duobus audire primam, & secundam partem Missæ, & ita confiteat unam Missam, poterit simul audire, vel à sex, vel à decem; ita ut intra duos menses vel Spatium totam Missam integrum audierit, & satisfacere præceptio, sicut enim possunt coniungere duæ partes, & poterunt & decem diuersorum Seccordorum, & ceteri quens autem videtur satis alienum à mente omnino fidelium. Addit quod posset aliquis eodem modo satisfacere præceptio recitandi Horas, si simul audierit à tribus Sociis tres lectiones, vel à novem Sociis, omnes nouem lectiones, ab uno Capitulum, & ab alio Orationes, &c. quia non requiritur attendere ad sensum, sufficiat attendere ad Deum, & audiens. Consequens autem nemo concedet. Et quidem Leuidius Turrianus in *Selectis* part. 2. disf. 1. 6. dub. 7. dicit illum sententiam nec esse probabilem nec tutam circa duas partes Missæ simul audiendas. Hicunque Lugo, cui praeter alios addit Castrum Palam tom. 4. vr. 16. n. 9. & Ludouicu Capensem in *Cur. Tbul.* tom. 1. tract. 23. disf. 4. sect. 2. num. 19.

2. Verum licet hæc opinio sit probabilis, immutiu[m] alij putant probabilem, & illam me circu[n]tenet Gjrzias in *Summa morali*, vr. 1. disf. 4. & me citato Leuidius in *Præceptis Ecclesiæ*, vr. 2. disf. 1. quæst. 56. & me citato Bautius in *Tbul.* nr. tom. 1. vr. 6. de *Sacram. Missæ* q. 9. Probatur primo hæc opinio, quia probabile est (ut statim dicimus) quod possit quis simul, & eodem tempore audire tres Missas, & satisfacere præceptio Ecclesiæ, & vero & penitentia in iuncta de audiendas tribus Missis, ergo etiam est probabile, & satis quod satisfacere præceptio Ecclesiæ, qui medianam Missam ab uno, & medianam ab altero eodem tempore audit, consequentia est evidens, quia sicut se habet totum ad totum, ita & pars ad partem Secundò, & quia etiam est probabile & satis (licet contrarium probabilius) infra quod satisfaciat præceptio Ecclesiæ, qui sine interna deuotione Missam audit; Ergo etiam est probabile quod ad implendum hoc præceptum non requiratur illa attentio successum, quam circa partem Missæ Luisus requirit ergo, & quod adimpleret præceptum qui medianam Missam ab uno, & medianam aliam ab alio eodem tempore audit. Terèò, quia valde probabile, in dñe fere certum est (ut infra) quod ille, qui tempore Missæ legit per librum, & memoriter recitat Psalms in iunctos pro penitentia aut officium diuinum satisfaciat præcepto audiendi Missæ, ut diximus, ergo improbabile, & valde ente-

ANTEC
OPERA
Tom. I.
E III.

Audiendi Miss. in die Feste, Ref. XXX. 239

asserere tanquam certum, & indubitatum: quod praeceptum audiendi Missam requirat attentionem successivam circa singulas successivas Missæ actiones, patet, nam haec attentione non compatitur bene cum lectione Psalmorum aut officij Diuini, sine illa ergo adimpleri potest præceptum audiendi Missam adhuc in sententia ipsiusmet Luyis; ruit ergo fundatum ipsius, ac consequenter fundata manet nostra sententia. Et ita hanc sententiam præter recentiores à me alibi citatos plusquam probabilem admittit etiam me citato Dicastillus de Sac. tom. 1. tract. 5. disp. 5. dub. 3. n. 4. cui adde ex eadem Societate Antonium Elcoabar, & Mendoza in Theol. mor. tract. 1. exam. 11. p. 16. 4. n. 97. in fine, ubi sic afferit: satisfacitne præcepto, qui eodem tempore, audit vnā medietatem ab uno, & alteram ab alio? ita planè ex Sanchez, quia Ecclesia præcepit, vt Missa audiatur, dux autem medietates vnam Missam constituent. Colligo posse te brevissimo tempore interlittero Missam audire, si quatuor, v. g. Altaribus varia Missæ proportionata temporis anterioritate sic celebretur, ut dum vna inchoatur, secunda ab Euangelio runc in consecratione procedat, tertia a consecratione in consumpcionem, quarta denique à consumptione usque ad terminum. Ita ille, & nouissime Guelwaldus, in Theol. Mor. tom. 1. tract. 17. cap. 2. n. 16. Vnde patet quā parum modestè locuti sunt Turrian. in Select. disputation. 16. dub. 7. & Ledesina pars. 1. c. 27. post 5. conclusionem, qui hanc affirmatiuam sententiam improbabilem vocant, est enim satis probabilis, licet negativa, ut dixi, sit probabilius. Ad inconveniens vero adductum à Cardinale de Lugo responder Leandrus ubi supra, quib. 57. Vide etiam me citato Pellizzarium, in Man. Regul. tom. 1. tractat. 5. cap. 4. sect. 2. n. 8. Posse autem aliquem contra Coninch, eodem tempore tres Missas v.g. quæ in eadem Ecclesia debita distantiâ eodem tempore celebrantur à tribus Sacerdotibus audire, & satisfacere penitentie iniunctæ Confessario audiendi tres Missas: & illo unico actu in unius assistentiæ penitentia adimplere tanquam si tres Missas distinctas audisset, docet me citato Guelwaldus ubi supra, n. 17. & me citato Leandr. q. 60. Sed plus addit etiam me citato Leandr. q. 59. quod qui vi præcepti, voti, & penitentie obligatus audire tres Missas satis facit his omnibus audiendo eas simul, quod docet etiam amicissimus Dicastillus de Sac. tom. 1. tr. 5. disp. 4. dub. 8. n. 113. cum aliis penes ipsum; vnde ego superius dicta his diebus firmavi contra quendam Neotericum, qui illa immodestè damnavat.

RESOL. XXX.

An eadem actione duobus præceptis satisfacere possumus?
Et ad roboram sententiam negatiuam dicens casus adducuntur in textu huic Resolutioni?
Et hoc quidam maxime proponit pro præcepto audiendi Missam in die feste? Ex part. 11. tr. 1. & Mis. 1. Ref. 3.

§. 1. Ponit hanc difficultatem nouissime acutissimum Caramuel in Theologia fundamentali fundam. 1. §. 14. num. 519. Et ideo omnia eius verba per extensum apponam; sic itaque afferit.
Hæc omnia inde suborta, quod eodem tempore, & eadem actione possumus duobus præceptis numero distinctis satisfacere, & ad eum, qui unica actione duabus eiusdem præcepti partibus satisfacere vult, subueniamus.

2. Et quidem si res benè consideretur, multas

consequencias partitur ref. 18. quam habet Diana tract. 17. partis 2. vbi interrogat: An Petrus satisfecit præcepto Missæ si eodem tempore factum duorum Sacerdotum audiuit, nempe Missam vnius Sacerdotis usque ad consecrationem, & Missam alterius Sacerdotis à consecratione usque ad finem.

3. Ut rem melius intelligas, clare ponitur, quando unus Sacerdos eleuat, alter introitum incipit, & tunc Petrus Ecclesiam ingreditur, & utramque Missam simul audit, alteram ab elevatione ad finem, & alteram ab initio ad elevationem, & interrogat: An Missæ præcepto satisfecit?

Negat Reginald. sed Reginaldi opinio non placet Diana, qui pro contraria citat Molseum, & alios.

4. Non est animus approbat, aut improbare istam sententiam, sed notare, que debet consequenter admirere meus Diana. Si Dialeticam amat, primò enim sicut satisfecit Petrus audiendo simul duas medias Missas à duobus Sacerdotibus, posset satisfacere audiendo simul quatuor Missæ quadrantes à quatuor Sacerdotibus, aut etiam octo octantes ab octo, quiniod si essent multa altaria, quibus simul esse præsens Petrus posset, & in uno Missa inciperetur, in altero epistola, in altero Euangeliū, in altero Oblatio, in altero Canon, in altero Consecratio, & in altero Communio, & tandem in altero post-Communio, & in altero ultimum Euangeliū, posset Petrus uno quasi momento temporis integrum Missam audire.

5. Secundo, rationis paritas nos deducet ad officium diuinum. Nam iuxta mores, & rubricas Monasticas in officio solemnii habemus duodecim lectiones, & responsaria, quæ non recitat communitas, sed audit tantum; Ergo si sint viginti quatuor Religiosi in Choro, & singuli dicant simul lectionem aut responsoriū, satisfacient præcepto legendi duodecim lectiones, & totidem responsoria.

6. Tertiò, quando duo legunt simul, non erit opus, ut alter alterum expèctet, sed poterit alter incipere verbum sequentem, antequam alter præcedens tem absoluat, quoniam potest simul se, & solum audire: nec est cur ad attentionem, & auctoritationem recurras, quia attentionem internam, non esse necessariam putamus.

7. Quartò, in Missa solemnī, posita sententia que docet, Sacerdotem non teneri leget Epistolam nec Euangeliū, poterit dum legitur illa, Tractum, & Versus dicere, & dum Hoc, cetera, quæ illud sequuntur.

8. Quinto, si vera sunt, quæ de Scythis nonnullis leguntur, videlicet singulos binis linguis preditos, & posse aut etiam solere binas voces formare, & binas simul periodos diuersas efferre; vel si Deus aliquos homines bilingues produceret, qui dum altera lingua recitant matutinum, altera Laudes, aut Primam recitarent; Dicendum omnino esset eiusmodi homines duas simul horas legendi, obligationi recitandi officium diuinum satisfacturos.

9. Sexto; hoc ipsum necessario deberet ad communites traduci; Ipsæ enim omnes sunt multilinguales. Quid enim stando huic doctrina vetaret magnam communitem in decem manipulos diuidi, & dum unus recitat Matutinum, & alius Laudes, alium Primam, & alios ceteras horas recitare, & quasi horæ quadrante graui, & molestæ publici officij obligationi satisfacere? Ergo posset simul eadem communites diuidi in partes, & plures actus communis celebri.

10. Septimò: in officio diuino nonnulla pluries repetuntur: An ne hac toties deberent repeti? Respondi olim in commentario in regulam Sancti Benedicti,

Que hic est
sup. Ref. 18.
& infra in §.
Relinquendo, holus
Ref. in alio
eius annos.

Sup. hoc in
fia in §. Ec
ideo, huius
Ref. cursu
in fine, & in
alio §. eius
not.

Sup. hoc in
fia in §. Ad
illam veio,
huius Ref. &
lege etiam
§. eius an
not.